Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De imitatione Christi - Cod. Lichtenthal 138

Thomas <von Kempen>

Arg[e]n[toratum], [1489 Inkunabel; Handschrift um 1500]

De horis canonicis [Handschrift]

urn:nbn:de:bsz:31-40588

Visual Library

De horis canonicis

Qui horas canonicas bene et devote
persoluit multas utilitates consequitur
Primo soluit debitum et tributum quia quilibet
tenetur laudare deum Secundo alleviat et
hylarescit consciencia qui bonum opus
bene facit Tercio Quia deus illas oraciones
libencius et cicius exaudit quam alias ora
ciones priuatas Quarto Quia omnia facta
et facienda illius hominis prosperare regit
et disponit Quinto Quod talis consolatur
in tribulacione sua Sexto Quod deus presertim
preseruat illum hominem a confusione et
periculo atque ut quod deberet in ridere
propter demerita sua Septimo Quia vngit
hominem interiorem spirituali gracia Octavo
Quia deus ducit talem hominem ad celestes
ciues deum sine fine laudantes Nono
Quod deus custodit ~~introitum~~ introitum
et exitum illius Et est custos illius hominis
quorumque se vertit Decimo Quod deus in
ultimo fine propter dignitatem illorum verborum
sanctorum illi homini misericordiam suam procul
dubio exhibebit et exaudiet eum

vii Sba

...BIBLIOTHEK